27

A. S. M.

GENERA MORBORUM,

QUÆ

INDULTU NOBIL. NEC NON EXPER. ORD. MED.
IN SUPREMO AD SALAM LYCEO,

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

DN. DOCT. CAROLO LINNÆO,

EQVIT. AURAT. DE STELLA POLARI;
S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATRO,
MEDIC. ET BOTAN. PROFESSORE REG. & ORD.
ACADEM. SCIENT. UPSAL. HOLMENS. PETROPOL.
BEROLIN. IMP. NAT. CUR. LONDIN. MONSPEL.
TOLOS. ET FLORENT. SOCIO,
ACAD. h. t. RECTORE MAGNIFICO,

PRO GRADU DOCTORIS,

PUBLICO SUBMITTIT EXAMINI

JOHANNES SCHRÖDER,

GOTHOBURGENSIS.

IN AUDIT. CAR. MAJ. AD DIEM V. DECEMBR.
ANN. MDCCLIX.

H. A. & P. M. S.

UPSALIÆ.

REGII COLLE

PRÆ

NOBILISSIME atque

Dn. Doct. ABRA

S:Æ R:Æ M:TIS ARCHIATER, Reg. Acad. S.

Nec

ASSES

VIRI Nobiliſſimi

D. Doct. MARTINE REEF,

S:æ R:æ M:tis Medice Ord.

D. Doct. ZACH. STRANDBERG,

Civit. Holm. & Orphanotr. Reg. Medice Ord.
Acad. Reg. Scient. Holm. Membr.

D. Doct. JOH. BEGSTRAHL,

Claſſ. Reg. Medice Ord.

PATRONI

Palladium Regni Svediaci, commiſit Vobis, nihil habeatis antiquius, potius nihil, non hos Academicos, ſumma animi pietate, conſe-

Nobiliſſimorum &

NOMINUM

cultor

Johannes

GII MEDICI
SES
CELEBERRIME
HAME BÆCK,
Upſal. Stockh. atque Nat. Cur. MEMBRUM,
non
SORES
& Experientiſſimi
D. Doct. WILH. KAMMECKER,
Aul. Reg. Medice Ord.
D. Doct. ERICE ELFF,
Art. Obſtetr. Profeſſ. Publ. Ord.
D. Doct. JOH. AND. DARELI,
Noſocom. Holm. Medice Ord.
OPTIMI

Patroni, civium ſanitatem tuendam, qua cum ægre Vos laturos ſpero, quod Vobis, Labores crare auſim

Celeberrimorum
VESTRORUM

devotiſſimus
SCHRŐDER.

I. N. J.

PROOEMIUM.

Ut reſtitutio ſanitatis amiſſæ, quæ Morborum cura peragitur, Scientiæ Medicæ finis eſt præcipuus, ita illis, qui arti huic ſalutari manus admoveant, hoc inprimis eſt agendum, ut Morbos recte dignoſcant. Tripliciter autem dignoſcuntur Morbi, ex Cauſſa ſcilicet, Effectu atque Signis. Primum eſt Tyronis ex Signis morbos dignoſcere, ut hos aliis determinet, & ex dignotis morbis authores evolvat atque conſulat. Morborum nomina fixa evadere non poſſunt, niſi characteribus ab Externis ſignis petitis rite determinentur, atque a ſe invicem diſtingvantur, cum quæ intra corpus fiunt non ubique pateant, neque ſine ſufficientibus characteribus atque conſtitutis generibus, in tanta calamitatum copia, qua obruitur corpus humanum, facile diſtincte tradi poſſunt morbi, dignoſci atque denominari. Syſtematica diviſione & definitione Botanici plantas ſuas diſtincte ſervant ne confundantur, quorum imitando exemplum Medici æque dilucide cognitionem Morborum traderent, ſi Morbos in Claſſes, Genera & Species redigerent, parique modo definirent. Hanc igitur Methodum Syſtematicam morborum plerique cordati Medici, præ-

cipue

cipue autem recentioris ævi ſummi Authores, *ut* Sydenhamius, Boerhavius, Hoffmannus, *aliique in arte Heroës, commendarunt & elaborare anniſi ſunt; at non omnes æquali cum ſucceſſu; quicunque enim cauſſam ſignis immiſcuerunt in morborum diagnoſi, rem perdiderunt ſuam. Attamen varii varias pulchre condiderunt Claſſes, pauciſſimi plurimas; adeoque deficiebat Syſtema Morborum usque dum Illuſtris* Sauvageſius, *Profeſſor Monſpelienſis, Galliæ Decus, abſolutum ederet Syſtema Morborum, quod, me judice, ordine naturali, characteribus & perfectione ita aliorum omnium Methodos ſuperavit, ut nullum cum hoc comparari poſſit. Nob.* Præſes *ad hanc Academiam primum accedens diſcipulis ſuis cognitionem Morborum Syſtematicam inculcare omnibus viribus anniſus eſt, quam etiam tertio quolibet anno indefeſſo ſtudio hucusque eſt perſecutus. Ego, cui per decennium N. D.* Præſidem *de morbis doctiſſime diſſerentem audire contigit, probe obſervavi methodum tam quo ad Genera, quam Species opera Præceptoris quotannis pulchriorem exſurgere, & ſimul deprehendi quam vitioſe Commilitones mei ſæpius calamo currenti hoc annotare ſoleant Syſtema; hinc officium non injucundum Medicinæ Tyronibus me facturum putavi, ſi Genera tantum adcurato ordine & certis, quantum fieri poſſit, characteribus propriis propoſuero, ut habeant Studioſi Medicinæ hoc quaſi filum ariadnæum, quod in poſterum ſequantur. In characteribus notiones ac notas ſufficientes pauciſſimis verbis exprimere ſum conatus, ne ſuperflua immiſcerentur neceſſariis.*

CLAVIS CLASSIUM.

MORBI ſunt	Interni	Febriles		EXANTHEMATICI.	1.
				PHLOGISTICI.	2.
				CRITICI.	3.
		absque febre	in Nervis	MENTALES.	4.
				QUIETALES.	5.
				MOTORII.	6.
				DOLORIFICI.	7.
			Solidis	DEFORMES.	8.
			Fluidis.	EVACUATORII.	9.
	Externi			VITIA.	10.

EXANTHEMATICI. Febris cum effloreſcentia cutis.
PHLOGISTICI. Febris cum pulſu duro, dolore topico.
CRITICI. Febris cum urinæ hypoſtaſi lateritia.
(absque dolore topico)
MENTALES. Judicium erroneum.
QVIETALES. Motus abolitio.
MOTORII. Motus involuntarius.
DOLORIFICI. Senſatio doloris.
DEFORMES. Solidorum mutata facies.
EVACUATORII. Fluidorum evacuatio.
VITIA. In externa corporis parte palpabiles.

I. EX-

SYMPTOMATA ſe habent ad Morbum, ut Folia & Fulcra ad Plantam.

I. EXANTHEMATICI.

I. CONTAGIOSI.

1. MORTA. *Phlyctænæ* (271) aliquot in Abdomine ſ. Artubus, magnitudine avellanæ.
   Febris Ephemera (26), maligniſſima, funeſtiſſima.
2. PESTIS *Anthraces* (270) ſeu *Bubones* (269) gangrænoſi.
   Febris Synocha (27) acutiſſima funeſtiſſima, Vertigo (49), Anxietas (64), Lipyria.
3. VARIOLA. *Puſtulæ* (272) eryſipelaceæ, ſuppurantes, eſcharoticæ (278), deciduæ, cicatriſantes (315)
   Febris Synochus (28), Cephalalgia (147), Lumbago (169).
4. RUBEOLA. *Papulæ* (273) uniformes, rubræ, evaneſcenti-furfuraceæ.
   Febris Synocha (27), Sternutatio (130), Epiphora (191), Tuſſis (131) ſicca.
5. PETECHIA. Sudamina (319) livido-lurida, pulicaria, ſuperficialia, inſenſibilia.
   Febris exacerbans (38), Aſthenia (67).
6. SIPHYLIS. Nodi (260), Ulcuſcula, Myrmeciæ (277), Angina (153).
   Febris Lenta (29) nocturna, dolore oſtocopo (168), Marcore (173), Stranguria (214).

II. SPO-

Protypus horum *Eryſipelas* (10) eſt.

Dyſenteria ad Contagioſos referretur, modo Scabies (263) interna in oculos caderet.

Malignitatis ſymptomata imprimis ſunt: *Lipothymia* (68), *Delirium* (40), *Vertigo* (49), *Oblivio* (82), *Anæſtheſia* (93) *Lipyria*, *Carpologia* (111), *Anhelatio* (133), *Aphonia* (90), *Aglutitio* (140).

II. SPORADICI.

7. MILIARIA. *Papulæ* (273 rotundæ, immerſæ, diverſicolores, confertæ, intacta facie, pruriginoſæ.
Febris Synocha (27), Sudore fœtido punctorio.
8. UREDO. *Sudamina* (319) inæqualia, ruberrima, dilatabilia, pruriginoſa, fugacia, recidivantia, furfuraceo - evaneſcentia.
Febris Hectica (39) benigna, brevis.
9. APHTA. *Ulcuſcula* albida, rotunda, poris oris interioris innata.
Febris Lenta (39) obſcura, cum Somnolentia (71).

III. SOLITARII.

10 ERYSIPELAS. *Macula* preſſione diſſimulanda, tumidiuscula, ſuperficialis, dilatabilis, farinaceo-evaneſcens.
Febris Synocha (27), initio acuta, cum inquietudine.

II. PHLO-

II. PHLOGISTICI.

I. MEMBRANACEI.

11. PHRENITIS. Inflammatio (231) *Meningum.*
Febris Synocha (27), Cephalalgia (147), Furor (43), Anxietas (64), Syringmos (47), Ophthalmia (150), Carpologia (111).

12. PARAPHENESIS. Inflammatio (231) *Diaphragmatis.*
Febr. Peripneumonia (20), Phrenitis (11).

13. PLEURITIS. Inflammatio (231) *Pleuræ.*
Febr. Synocha (27), Dyſpnoea (136), Tuſſis (131), Hæmoptyſis (198), Pleuritica (160).

14. GASTRITIS. Inflammatio (231) *Ventriculi.*
Febr. Amphimerina (35), Lipyria, Anxietas (64), vomitus (202) ingeſtorum, Cardialgia (155).

15. ENTERITIS. Inflammatio (231) *Inteſtini.*
Febr. cum evacuatione abdominis, Colica (157) atroci, tenſiva, calente.

16. PROCTITIS. Inflammatio (231) *Ani.*
Febr. Proctica (165) cum Teneſmo (212).

17. CYSTITIS. Inflammatio (231) *Veſicæ.*
Febr. Dolor Hypogaſtrii cum tumore inflammatorio, Dyſuria (166), Teneſmo (212).

II. PARENCHYMATICI.

18. SPHACELISMUS. Inflammatio (231) *Encephali.*
Febr. Synochus (28), Delirium (40), Carpologia (111), Aſthenia (67), Immobilitas, Anæſtheſia (93), Aphonia (90).

Delirium (40) *quaſi primus gradus Phrenitidis eſt.*

19. CYNANCHE. Inflammatio (231) *Faucis.*
Febr. Synocha (27), Tuſſis (131), Aglutitio (140), Orthopnoea (138), Angina (153), Suffocatio (134), Linguæ intumeſcentia.
20. PERIPNEUMONIA. Inflammatio (231) *Pulmonis.*
Febr. Synocha (27), Tuſſis (131), Hæmoptyſis (198), Dyſpnoea (136), interſcapulii dolor, Cubatus ſupinus.
21. HEPATITIS. Inflammatio (231) *Jecinoris.*
Febr. Amphimerina (35), Tuſſis (131) ſicca, Aſthma (137), Singultus (127), Hypochondrii dextri tenſio, calor.
22. SPLENITIS. Inflammatio (231) *Lienis.*
Febr. Tetartophia (37), Reſpiratio interſecta (125), Hypochondrii ſiniſtri tumor pulſatorius.
23. NEPHRITIS. Inflammatio (231) *Renis.*
Febr. Synochus (28) irregularis, Nauſea (201), Singultus (129), Ructus (200), urinæ varietas, Obſtipatio (141), Lumbago (170) dolens, urens, Femoris ſtupor (80).
24. HYSTERITIS. Inflammatio (231) *Uteri.*
Febr. Delirium (40), Spaſmus (97), Sardiaſis (101), Dolor Hypogaſtrii tumorque calens.

III. MUSCULOSI.

25. PHLEGMONE. Inflammatio (231) *Partis extraneæ.*
Febris calore, rubore, tumore pulſatorio.

III.

Protypus Phlogiſticorum Phlegmone (25) *eſt.*
Lipyria *dum externa frigent, interna fervent.*

III. CRITICI.

I. CONTINENTES.

26. EPHEMERA. Febris terminanda intra ſeptimanam dimidiam.

27. SYNOCHA. Febris terminanda intra ſeptimanam unicam.

28. SYNOCHUS. Febris terminanda intra ſeptimanas duas ſ. tres.

29. LENTA. Febris protrahenda ultra ſeptimanas tres.

II. INTERMITTENTES.

30. QVOTIDIANA. Febris paroxyſmi ſimiles nycthemeris ſingulis.

31. TERTIANA. Febris paroxyſmi ſimiles nycthemeris alternis.

32. QVARTANA. Febris paroxyſmi ſimiles nycthemeris tertiis.

33. DUPLICANA. Febris paroxyſmi ſimiles alternati.

34. ERRANA. Febris paroxyſmi diſſimiles omnes.

Protypus Criticorum Tertiana *ſit*, *aut potius* Rheumatiſmus.

Apyria *eſt deflagratio febris.*

Phthiſis (173) *poſſet poſt Hecticam* (39) *collocari*, *ſi ordo naturalis admitteret & expectoratio.*

Lethargus (73), *cum Febricula his affinis eſt.*

III. EXACERBANTES.

35. AMPHIMERINA. Febris continens (29) cum Quotidiana (30).

36. TRITÆUS. Febris continens (29) cum Tertiana (31).

37. TETARTOPHIA. Febris continens (29) cum Quartana (32).

38. HÆMITRITÆA. Febris Tritæus (36) cum Amphiphimerina (35).

39. HECTICA. Febris Lenta (29) cum Duplicana (33).

IV. MENTALES.

I. IDEALES.

40. DELIRIUM Inſania acuta, tranſitoria, ſymptomatica cum febre.
41. PARAPHROSYNE Inſania acuta, periodica, ſine febre.
42. AMENTIA Inſania chronica, univerſalis, innocua.
43. MANIA Inſania chronica, univerſalis, furibunda.
44. DÆMONIA Inſania chronica, partialis, furibunda, meticuloſa, de Dæmonibus.
45. VESANIA Inſania chronica, partialis, tranquilla.
46. MELANCHOLIA Inſania chronicâ, partialis, moeſta, meditabunda.

II. IMAGINARII.

47. SYRINGMOS Perceptio Soni tinnitantis falſi.
48. PHANTASMA Perceptio Viſibilis objecti falſi.
49. VERTIGO Perceptio circumgyrationis falſæ.
50. PANOPHOBIA Imaginatio mali præſentis in ſolitudine.
51. HYPOCHONDRIASIS Imaginatio fati lethalis e levi malo; Borborygmi (99), Ructus (200) acidi, Palpitationes (108), Præcordia tremula, Perſuaſio.
52. SOMNAMBULISMUS Imaginatio ſomniantis fortior, qua motus voluntarii excitantur.

III. PATHETICI.

53. CITTA Appetitus non Eſculenti ingerendi.
54. BULIMUS Appetitus Cibi inexplebilis.
55. POLYDIPSIA Appetitus Potus continuus.
56. SATYRIASIS Appetitus Veneris enormis.

57. EROTOMANIA Deſiderium Amantium pudicum.
58. NOSTALGIA Deſiderium Patriæ Affiniumve.
59. TARANTISMUS Deſiderium Choreæ (*ſæpe a morſu Inſecti*).
60. RABIES Deſiderium Mordendi lacerandique innocuos (*ſæpe a morſu Mammalis*).
61. HYDROPHOBIA Averſatio Potulentorum cum Rigore (117) & Sardiaſi (101) (*ſæpius præcedenti maritata*).
62. CACOSITIA Averſatio Cibi cum horrore.
63. ANTIPATHIA Averſatio objecti particularis.
64. ANXIETAS Averſatio rerum mundanarum (*Cordis dolor*).

V.

V. QVIETALES.

I. DEFECTIVI.

65. LASSITUDO Debilitas muſculorum ponderoſa, quietem inducens.
66. LANGVOR Debilitas virium non reparanda quiete & cibatione.
67. ASTHENIA Debilitas virium omnium ſucceſſiva.
68. LIPOTHYMIA Defectio motus ſenſusque ſubita; integris Pulſu Menteque.
69. SYNCOPE Lapſus virium vitalium ſubitaneus; abolitis Pulſu, Reſpiratione, Senſu, Calore.
70. ASPHIXIA Lapſus virium animalium vitaliúmque perſiſtens.

II. SOPOROSI.

71. SOMNOLENTIA Sopor vigiliis protractior.
72. TYPHOMANIA Sopor apparens cum Agrypnia (106).
73. LETHARGUS Somnolentia continua, levis, cum Febricula, Delirio (40) oblivioſo.
74. CATAPHORA Sopor continuus allocutione evigilantis.
75. CARUS Sopor conſtans cum inſenſibilitate, Reſpirationeque tacita.
76. APOPLEXIA Sopor conſtans cum inſenſibilitate, Reſpirationeque ſtertoroſa.
77. PARAPLEGIA Sopor conſtans partium ſub thorace.
78. HEMIPLEGIA Sopor conſtans lateris alterius.
79. PARALYSIS Sopor conſtans partis alicujus.
80. STUPOR Sopor tranſitorius partis alicujus cum ſenſu formicationis.

III.

III. PRIVATIVI.

81. MOROSIS *Imaginationis* defectus.
82. OBLIVIO *Memoriæ* defectus.
83. AMBLYOPIA *Viſus* obſcuritas ſine vitio ſenſibili.
84. CATARACTA *Viſus* privatio cum vitio obſervabili.
85. AMAUROSIS *Viſus* privatio ſine vitio ſenſibili, pupilla dilatata.
86. SCOTOMIA *Viſus* Lipothymia momentanea.
87. COPHOSIS *Auditus* defectus.
88. ANOSMIA *Olfactus* defectus.
89. AGEUSTIA *Guſtus* defectus.
90. APHONIA *Loquelæ* privatio.
91. ANOREXIA *Famis* defectus.
92. ADIPSIA *Sitis* defectus.
93. ANÆSTHESIA *Tactus* ſenſationis defectus.
94. ATECNIA *Libidinis* defectus.
95. STERILITAS *Conceptionis* defectus.
96. ATONIA *Fibrarum* Muſcularium contractionis defectus.

VI. MOTORII.

I. SPASTICI.

97. SPASMUS *Artus* diſtentio violenta, ſubitanea, fugax.

98. PRIAPISMUS *Penis* ſpaſtica intumeſcentia.

99. BORBORYGMUS *Inteſtinorum* boatus torminoſus.

100. TRISMOS *Mandibularum* clauſura arcta.

101. SARDIASIS *Oris* retractio riſum mentiens, fugax.

102. HYSTERIA *Præcordiorum* preſſio ſub pectore, cum flatulentia (142), ſuffocatione (134), anxietate (64), palpitatione (108), verticis preſſione.

103. TETANUS *Corporis* rigiditas cum ſenſibilitate.

104. CATOCHUS *Corporis* rigiditas cum inſenſibilitate.

105. CATALEPSIS *Corporis* totius recepta forma, conſtans, flexilis, cum inſenſibilitate.

106. AGRYPNIA *Senſorii* rigiditas ſpaſtica, continua. (*Pervigilium*).

II. AGITATORII.

107. TREMOR *Partium* agitatio continua, chronica, absque frigoris ſenſu.

108. PALPITATIO Viſceris *Cordisve* motus ſubſultorius.

109. ORGASMUS *Arteriarum* ſubſultus.

110. SUBSULTUS *Tendinum* ſubſultoria elevatio.

111. CARPOLOGIA *Digitorum* tremula contractio inſcia.

112. STRIDOR *Manducatio* ſonora, vacua, involuntaria.

113. HIPPOS *Palpebrarum* nictitatio frequentiſſima.

114. PSELLISMUS *Loquelæ* titubatio cum repetit.o[illegible] ſyllabarum.

115. CHOREA *Lateris* agitatio tremula, continua ino[illegible] dinata.

116. BERIBERI *Partium* tremor (107), Genuum co[illegible] tractura, Stupor (30), Raucedo (123).

117. RIGOR *Partium* vibratio periodica, involuntaria cum frigoris intercutanei ſenſu.

118. CONVULSIO *Partium* agitatio violenta, perio dica, cum ſenſibilitate.

119. EPILEPSIA *Corporis* agitatio periodica, chronica cum inſenſibilitate.

120. HIERANOSOS *Corporis* agitatio continua, indo lens, convulſiva, cum ſenſibilitate.

121. RAPHANIA *Articulorum* contractio ſpaſtica, cum Agitatione convulſiva, Dolore violentiſſimo, periodica.

III. SUFFOCATORII.

122. VOCIFERATIO *Vocis* doloroſa exaltataque excla-matio.

123. RAUCEDO *Vocis* ſiccitas ſibilans.

124. RISUS *Exſpiratio* profunda, agitatoria, cum Sar-diaſi (101).

125. FLETUS *Inſpiratio* interſecta, ſingultuoſa, cita, ſuſpirioſa, cum mœſtitia, gemitu, lacrymis (191).

126. SUSPIRIUM *Inſpiratio* profunda, agitatoria, lenta; *ad ſanguinem per pulmones facilitandum.*

127.

127. OSCITATIO *Inſpiratio* tarda, adaucta, hians, ſpasmodica; *ad ſanguinem propellendum per pectus.*

128. PANDICULATIO *Inſpiratio* profunda, preſſoria cum extenſione corporis artuumque; *ad ſanguinem propellendum per vaſa minima.*

129. SINGULTUS *Inſpiratio* celer, convulſiva, momentanea, iterata, ſonora; *ad Cardiam evacuandam.*

130. STERNUTATIO *Exſpiratio* ſonora, convulſiva, celer, inſpirationi lentæ ſuccedens; *ad ſinum frontis evacuandum.*

131. TUSSIS *Expectoratio* ſonora, convulſiva, periodica; *ad pulmones evacuandos.*

132. STERTOR *Reſpiratio* ſonora, rauca, narium agitatione; *ad mucum faucium ſubigendum.*

133. ANHELATIO *Reſpiratio* citatiſſima, profunda, gravis; *ad ſangvinem per pulmones accelerandum.*

134. SUFFOCATIO *Reſpiratio* anguſtatione faucium, continua, ſine febre.

135. EMPYEMA *Reſpiratio* gravis cum fluctuatione in cavo thoracis, poſt febrem.

136. DYSPNOEA *Repiratio* anheloſa (133), laborioſa, ſine ſenſu anguſtationis faucium.

137. ASTHMA *Reſpiratio* ſtertoroſa (132), laborioſa. difficilis, chronica.

138. ORTHOPNOEA *Reſpiratio* ſuſpirioſa (126), ſuffocatoria, acuta, ſubitanea.

139. EPHIALTES *Reſpiratio* profunda, ſuffocans, dormientis in dorſo cum Somno laborioſo.

IV. CONSTRICTORII.

140. AGLUTITIO *Deglutitio* impedita.

141. OBSTIPATIO *Fæcum* exoneratio impedita.

142. FLATULENTIA *Ructus* Crepituſque impeditus, cum abdominis intumeſcentia.

143. ISCHURIA *Mictus* impeditus.

144. DYSMENORRHOEA *Menſtrua* ſuppreſſa ſ. dolorifica.

145. DYSLOCHIA *Lochiorum* ſuppreſſio.

146. AGLACTATIO *Lactis* defectus.

VII. DOLORIFICI.

I. INTRANEI.

147. CEPHALALGIA *Capitis* totius aut potioris dolor gravativus.

148. HEMICRANIA *Capitis* lateralis dolor tenſivus.

149. GRAVEDO *Frontis* dolor preſſorius.

150. OPHTHALMIA *Oculorum* dolor.

151. OTALGIA *Aurium* dolor.

152. ODONTALGIA *Dentium* dolor maxillaris.

153. ANGINA *Faucium* dolor cum ſuffocatione.

154. SODA *Oeſophagi* dolor rancido-deurens ructibus calidis.

155. CARDIALGIA *Cardiæ* dolor ſcrobiculi ſubſyncopalis.

156. GASTRICA *Ventriculi* dolor Epigaſtrii.

157. COLICA *Inteſtinorum* dolor umbilicalis cum torminibus.

158. HEPATICA *Jecinoris* dolor hypochondrii dextri.

159. SPLENICA *Lienis* dolor hypochondrii ſiniſtri.

160. PLEURITICA *Thoracis* dolor lateralis punctorius.

161. PNEUMONICA *Pulmonum* dolor cum Orthopnoea (138), Tuſſi (131), Hæmoptyſi (198).

162. HYSTERALGIA *Uteri* dolor.

163. NEPHRITICA *Renum* dolor.

164. PUDENDAGRA *Genitalium* dolor.

165. PROCTICA *Ani* dolor.

166. DYSURIA *Veſicæ* dolor.

II. EXTRANEI.

167. ARTHRITIS Geniculorum dolor periodicus; *a Synovia corrupta.*

168. OSTOCOPUS Articulorum dolor fixus; *a Perioſtio infecto.*

169. RHEUMATISMUS Muſculorum dolor ad motum; *a Tunica celluloſa infecta.*

170. VOLATICA *Vaſorum* dolor migrans.

171. PRURITUS Cutis titillatio occulta, *ſcalpendi neceſſitatem inducens.*

VIII.

Raphania *dolore intenſo his affinis; ob Spaſmos vero & Convulſiones prioribus.*

VIII. DEFORMES.

I. EMARCIANTES.

172. PHTHISIS Marcor cum Hectica (39), Tuſſi (131), Dyſpnoea (136), Expectoratione (197) purulenta copioſa.

173. TABES Marcor cum Hectica (39) *absque expectoratione.*

174. ATROPHIA Marcor cum Atonia (96) *absque expectoratione & Hectica.*

175. MARASMUS Marcor cum Aridura (226) *absque Atonia, Expectoratione, Hectica.*

176. RACHITIS Marcor carnium tumentibus artuum Geniculis Capiteque; oſſibusque ſæpe flexilibus.

II. TUMIDOSI.

177. POLYSARCIA *Corporis* pinguedinoſa intumeſcentia.

178. LEUCOPHLEGMATIA *Corporis* emphyſematoſa (228) intumeſcentia.

179. ANASARCA *Corporis* œdematoſa (229) intumeſcentia.

180. HYDROCEPHALUS *Capitis* œdematoſa (229) intumeſcentia hiantibus ſuturis cranii.

181. ASCITES *Abdominis* œdematoſa (229) intumeſcentia.

182. HYPOSARCA *Abdominis* nodoſa intumeſcentia.

183. TYMPANITES *Abdominis* flatulenta (142) intumeſcentia conſtans, ſonora.

184.

184. GRAVIDITAS *Abdominis* a fœtu intumeſcentia nimia.

III. DECOLORES.

085. CACHEXIA *Pallor* corporis œdematoſus, cum debilitate, mœrore.

186. CHLOROSIS *Viridi* cinereus color corporis feminei cum Citta (53).

187. SCORBUTUS *Opacitas* faciei cum Anorexia (91), Laſſitudine (65) matutina, Stomachace (194).

188. ICTERUS *Flavedo* corporis cum urina luteo-tinctoria, fœcibus albidis. (*Obſtipatio Bilis*).

189. PLETHORA *Rubedo* corporis a diſtentis vaſis ſangvineis cum Dyſpnoea (136).

IX.

HYDROPIS nomine veniunt Anaſarca (179), *Aſcites* (181), *Hypoſarca* (182, *Hydrocephalus* (180 *Oedema* (223) & *Tympanites* (184).

IX. EVACUATORII.

I. CAPITIS.

190. OTORRHOEA *Aurium* purulentus fluxus.
191. EPIPHORA *Oculorum* lacrymalis fluxus continuus.
192. HÆMORRHAGIA *Narium* ſangvineus fluxus.
193. CORYZA *Narium* mucoſus fluxus, copioſus, continuus.
194. STOMACACE *Oris* ſanguinea e gingivis cruentatio.
195. PTYALISMUS *Oris* ſalivalis e glandulis copioſiſſimus effluxus.

II. THORACIS.

196. SCREATUS *Faucium* muci ſonora evacuatio.
197. EXPECTORATIO *Pulmonum* ſeroſa e Trachea evacuatio.
198. HÆMOPTYSIS *Pulmonum* ſanguinea cum Tuſſi evacuatio.
199. VOMICA *Pulmonum* purulenta, copioſa, improviſa evacuatio.

III. ABDOMINIS.

200. RUCTUS Rejectio *Flatuum* frequens.
201. NAUSEA Rejectionis *Cibi Flatuumque* conatus inanis.
202. VOMITUS Rejectio ingeſtorum convulſiva.
203. HÆMATEMESIS *Vomitus* (202) ſangvinis.
204. ILIACA *Vomitus* (202) cum Obſtipatione (141) fixa & Colica (157).
205. CHOLERA *Vomitus* (202) cum Diarrhoea (206), Colica (157).

206. DIARRHOEA Dejectio *Fæcum* liquidorum frequens.
207. LIENTERIA *Diarrhoea* (206) cibi immutati.
208. CÆLIACA *Diarrhoea* (206) Chymi.
209. CHOLIRICA *Diarrhoea* (206) rubella absque colica.
210. DYSENTERIA *Diarrhoea* (206) cruenta, cum Colica (157), Teneſmo (212).
211. HÆMORRHOIS Dejectio *Sangvinis* cum Proctica (165), absque Colica.
212. TENESMUS Dejectio *Muci* frequens, parca, cum deſiderio.
213. CREPITUS Dejectio *Flatuum* copioſa, crebra.

IV. GENITALIUM.

214. STRANGURIA *Urinæ* parca, guttata, frequens, doloroſa micturitio.
215. DIABETES *Urinæ* copioſiſſimæ, frequens micturitio.
216. HÆMATURIA *Urinæ* cruentæ micturitio.
217. ENURESIS *Urinæ* involuntarium ſtillicidium indolens.
218. GONORRHÆA *Genituræ* ſtillicidium.
219. LEUCORRHOEA *Seroſi* ex utero effluxus.
220. MENORRHAGIA *Menſtruatio* copioſa, inordinata.
221. PARTURITIO *Fœtus* maturi ejectio laborioſiſſima.
222. ABORTUS *Fœtus* præmatura ejectio.
223. MOLA *Maſſæ* carneæ, intus cyſticoſæ, ex utero ejectio.

V. CORPORIS EXTERNI.

224. SUDOR *Seri* per poros copioſa, frequens ſudatio.
225. GALACTIA *Lactis* effluxus.

X.

X. VITIA.

I. HUMORALIA.

226. ARIDURA Pars exſucca, emarcida, exantlatis humoribus, indolens.

227. DIGITIUM Digiti marcor cum Dolore intenſiſſimo, periodico.

228. EMPHYSEMA *Flatus* intra tunicam celluloſam Partis.
Tumor elaſticus, concolor, ſubdiaphanus, indolens.

229. OEDEMA *Lympha* ſtagnans intra tunicam celluloſam Partis
Tumor digito premente foveolam admittens, concolor, veſpertinus, indolens, Partis.

230. SUGILLATIO *Cruor* effuſus in tunicam celluloſam.
Tumor obſoletus, latus, luridus.

231. INFLAMMATIO *Sangvis* obſtructus in vaſis.
Tumor tenſus, calidus, ruber, pulſans, dolens,

232. ABSCESSUS Inflammatio ſuppurata, in *Pus* collecta.
Tumor mollis, æqualis, pruriens.

233. GANGRÆNA Inflammatio ſ. Suppuratio ſuffocata, *mortua* ſerpens in tunica celluloſa.
Cutis livens, molliuſcula, putris cum veſiculis ſub epidermide, ſerpente vitio, margine ſubinflammato ſubardente.

234. SPHACELUS *Gangræna* (233) omnium ſolidorum, partis.
Mortificatio putrida ad oſſa penetrans, indolens, properans.

II. DIALYTICI. *(Solutiones Continui).*

235. FRACTURA *Oſſis* ſolutio citra ſubſtantiæ diſſolutionem.

236. LUXATURA *Geniculi* ſolutio citra ſubſtantiæ diſſolutionem.

237. RUPTURA *Tendinis* ſolutio citra ſubſtantiæ diſſolutionem.
238. CONTUSURA *Fibrarum* ſolutio citra ſubſtantiæ diſſolutionem.
239. PROFUSIO *Sangvinis* effluxus copioſus e ſubſtantiæ diſſolutione.
240. VULNUS ſubſtantiæ diſſolutio partis mollis, hians, cruenta.
241. AMPUTATURA Vulnus *detruncatione* pártis totalis factum.
242. LACERATURA Vulnus Fibrarum Cutisque *laceratione* factum.
243. PUNCTURA Vulnus *Tendinis* punctione factum.
244. MORSURA Vulnus punctum armis animalium *venenatis*.
245. COMBUSTURA Vulnus *igne* factum, inducta Eſchara.
246. EXCORIATURA *Cutis* remota a Carnibus vivis.
247. INTERTRIGO *Cuticulæ* eroſio madens dolensque.
248. RHAGAS *Fiſſura* Cutis arida.

EXULCERATIONES (*Suppurationes apertæ*).

249. ULCUS Vulnus *ſuppuratum* partis carnoſæ.
250. CACHOETES Ulcus *ſuperficiale* ſerpens, manans, perenne.
251. CARCINOMA Ulcus *Scirrhi* (281) ſuppurati.
Ulc. putridum, ſerpens, vaſis tumidis radicatum, periodice dolens.
252. OZÆNA Ulcus intra antrum *Highmori*, occultum, fœtens.
253. FISTULA Ulcus cortice *calloſo vaginatum*.
Ulc. ſinuoſo-penetrans, intus cortice obtectum, ore anguſtatum.
254. CARIES Ulcus *Oſſis* ſeparato perioſtio.
Ulc. connivens, cum raris punctionibus indolens, ſanie nigra ſe prodens.

255. PEDARTHROCACE Ulcus *Medullæ* cum oſſis Carie.
Ulc. malignum, tumens, dolore oſtocopo.
256. PARONYCHIA Serum corruptum ſub *tendinibus* perioſtioque.
Partis rubor dolentiſſimus, os deſtruens.
257. PERNIO Partis uſtio *Gelu* facta.
Pars albo-cæruleſcens, tempeſtatibus recrudeſcens, ſæpe exulcerans.
258. PRESSURA Digiti inflammatio a *frigore*, in caſum ungvis tendens.
Inflam. Digiti circum ungues in ſuppurationem vergens.
259. ARCTURA *Ungvis* curvatura lateralis cutem ſecans.
Inflamat. digiti cum ulceratione laterali ungvis.

SCABIES.

* *Multiplicativa.*

260. LEPRA *Puſtulæ* Eſcharâ cruſtata ſicca colorata cum *Nodis* immerſis mobilibus indolentibus fuſcis *Fiſſuris*que cutis.
261. TINEA *Puſtulæ Capillitii*, ſiccæ, eſchara albo-flaveſcente, *Pilisque* abbreviatis erectis bulboſo-radicatis.
262. ACHOR *Puſtulæ* exulcerantes, manantes commune pinguedinoſum fœtidum.
263. PSORA *Puſtulæ* ichoroſæ, eſcharoticæ, noctu imprimis pruriginoſæ.
264. LIPPITUDO *Puſtulæ* excoriantes *Palpebrarum* margines.
265. SERPIGO *Puſtulæ* ſiccæ, obſoletæ, ſerpentes, ſubfarinaceo-deſquamantes.
266. HERPES *Puſtulæ* eſcharoticæ, baſi communi eryſipelacea.
267. VARUS *Papulæ Glandularum ſebacearum* rubræ, diſperſæ, chronicæ.

268. BACCHIA *Vari faciei* cum nodis maculisque coloratis chronicis.

** *Simplex.*

269. BUBO *Glandula conglomerata* inflammata, in ſuppurationem tendens.

270. ANTHRAX *Glandula ſubcutanea* inflammata in ſuppurationem malignam vergens.
Tumor rotundus, eryſipelaceus, immerſus, dolentiſſimus, ſuppurandus apice acuto puſtula purifera.

271. PHLYGTÆNA *Veſicula* ſeroſa, diſtenta, pellucida, baſi inflammata, rupta dolens.

272. PUSTULA *Veſicula* purulenta, turgens, dehiſcens pure.

273. PAPULA *Tuberculum* farctum, coloratum, inflammatum, vix ſuppurandum.

274. HORDEOLUM *Tuberculum* cyſticoſum, ovatum, in limbo palpebrarum, ſuppurans ſæpius apice.

275. VERRUCA *Papilla* nervea intumeſcens, indurata.
Papula calloſa, ſcabra, ſicca, indolens.

276. CLAVUS *Verruca* in Tendinibus radicata, baſi ſenſibilis.

277. MYRMECIA *Verruca* madida, mollis, denudata.

278. ESCHARA *Cruſta* mortua, ab humoribus extravaſatis coagmentata, decidua.

IV. TUMORES.

279. ANEURISMA *Arteriæ* dilatatio.
Tumor mollis, pulſans, concolor, rotundatus.

280. VARIX *Venæ* dilatatio.
Tumor mollis, quieſcens, concolor, rotundatus.

281. SCIRRHUS *Glandula* indurata.
Nodus durus, aſper, concolor, indolens, rotundatus, preſſione inſenſibilis.

282. STRUMA *Glandula* infarcta.
Nodus indolens, ſolidiuſculus, preſſione obtuſe ſentiens.

283. ATHEROMA Tumor tunicatus, rotundatus, mobilis, molliuſculus, indolens, absque cyſtide.
284. ANCHYLOSIS Tumor *Geniculorum*, ligamenti capſulæque tenſione expreſſa Synovia.
Tumor ad genicula mollis, pulpoſus, concolor.
285. GANGLION Tumor *Tendinibus* innatus, ovatus mobilis, pulpoſus, indolens.
286. NATTA Tumor tunicatus, muſculis irradicatus, eminens, pulpoſus, indolens.
287. SPINOLA Tumor ſupra *vertebras lumborum* mollis, exiguus, Vertebrarum proceſſibus dehiſcentibus.
288. EXOSTOSIS Tumor durus ex *oſſe* prominente enatus.

V. EXCRESCENTIÆ.

289. HERNIA *Inteſtinorum* prolapſus ultra propriam ſedem.
290. PROLAPSUS *Viſcus* relaxatum, elongato-propendens ultra proprium locum.
291. CHONDYLOMA *Tunica interior* relaxata gibba.
292. SARCOMA *Caro nuda* enata e vivo vulnere.
293. PTERYGIUM *Cuticula* excreſcens e cantho oculi, ſuperficiem ejus obtegens.
294. ECTROPIUM *Palpebra* inferior reſupinato-inverſa.
295. PHIMOSIS *Præputii* intumeſcentia inflammata, glandem ſuam denudans incarceransve.
296. CLITORISMUS *Clitoridis* intumeſcentia extra ſinum pudoris.

VI. DEFORMATIONES.

297. CONTRACTURA *Geniculorum* fixatio rigida.
298. GIBBER *Thoracis* dilatatio prominens.
299. LORDOSIS *Oſſium* incurvatio.
300. DISTORTIO *Oſſium* ad latus non naturale flexio.

301. TORTURA *Oris* ad latus flexio.
302. STRABISMUS *Oculi* diſtorti & inæqualiter moti.
303. LAGOPHTHALMIA *Oculi* ſurſum viſio, palpebra ſuperiore abbreviata.
304. NYCTALOPIA *Oculi* viſus nocturnus.
305. PRESBYTIA *Oculi* viſus remotus.
306. MYOPIA *Oculi* viſus approximatus.
307. LABARIUM *Dentes* vacillantes in ſuis alveolis.
308. LAGOSTOMA *Labium* oris fiſſum.
309. APELLA *Præputii* abbreviatio absque inflammatione.
310. ATRETA *Meatus* corporis imperforatus.
311. PLICA *Capillorum* contortuplicatio indiſſolubilis.
312. HIRSUTIES *Pili* copioſiores longioresque.
313. ALOPECIA *Pilorum* defluvium.
314. TRICHIASIS *Ciliorum* diſtortio.

VII. MACULÆ.

315. CICATRIX *Callus* replens ulcerationes conſolidatas.
316. NÆVUS Macula congenita.
317. MORPHÆA Macula depreſſa, *alba*, lata.
318. VIBEX Lineæ *ſangvinicolores* ſub cuticula.
319. SUDAMEN Maculæ rubræ, pulicares, glabræ, pungentes, evaneſcentes.
320. MELASMA Macula *cæruleſcens* in parte tecta.
321. HEPATIZON Macula *griſea*, ſubaſpera, pruriens.
322. LENTIGO Maculæ *griſeæ*, confluentes, inſenſiles.
323. EPHELIS Color *fuſcus* partis inſolati.

Heu mihi tot mortes homini, quot membra, malisque tot ſumus infecti, Mors ut Medicina putetur.